

Sigismundus primus rex Polo:
nie, consulatui Gedanensi.

112

Tamati fideles dilecti. Cur Ferberianae li:
ti finis Torunii impositus non sit, memi:
nimus nobis a nuntiis vestris Sando:
miria fuisse declaratum. Quid vero in
eadem lite deinceps actum est, ex liter:
is vestris et commissariorum nostrorum
ad nos datis plene intelleximus, et fere:
bamus quidem satis molesto animo iam
statim ab initio, et eam ipsam litem
inter vos exortam fuisse, et eam non
sine magno utrinque dispendio, quod dar:
re patet, hactenus tractatam esse. Non
enim ignoramus, quanta iactura rei fa:
miliaris vobis utrinque constiterit, verum
cum iam eo deventum sit, ut post tot
dilationes, post tot iudicia et difficulta:
tes, ad ultimum ad nos prout scribi:
tis, appellare coacti estis; nos quam:
vis et modo mallemus, ut ea controver:
sia inter vos quoque olim modo, quam
severitate iudicii componeretur; tamen ur:
gente nos officio ac debito nostro, et ut
veluti ex tempestate, tandem aliquan:
tum in portum partes ipsas, at tene:
mar deducamus, constituimus omnino
ei liti finem debitum imponere.

Quod

Quod autem petitis ut terminum ap:
pellationis vobis ad diem sancta Catha:
rine coram nobis prefixum, in certum locum
in regno commutare et transferre di:
gnaremur, nos intelligentes vos et ves:
tros abesse non posse a conventu ge:
nerali, quem in istis terris nostris Prus:
sia ad festum sancta Barbara pro:
ximum statuimus et indicimus, eum
ipsum terminum appellationis, qui vobis
per commissarios nostros coram nobis e:
rat prefinitus, quo commodius causam
appellationis vestrae prosecui possentis, ad
diem sancta Agnetis proximum transpo:
nimus et prorogamus, mandantes vobis
quatenus pro eodem die coram nobis
Biotrovia compareatis, a nobis tam pro:
lixae et dispendiosae contentionis et litis
sententiam audituri.

Nam quod in fine literarum vestrarum
petitis, ut ad proximum, nescimus quod iu:
vile iudicium, pro depositione veritatis et
testimoniis duendis, vos admitteremus, si:
mul ut nonnulla munimenta ac articu:
los, magnifico Georgio Konopachi palati:
no Pomeraniae, in forma iuris a nobis
suscipienda committeremus, rem haud
aequam, et dignitati nostrae regioe mini:
me convenientem optare videmini, quoni:
am cum semel ad nos appellastis, iudiz

aeque

esque commissarii vestre huiusmodi ap:
pellationi detulerunt, iam nobis non vide:
tur ea iustitia et equitate fore, se vos
ad aliqua civilia iudicia, sive ad quosvis
alios commissarios dimittere debeamus,
quin nos ipsi cum senatu tam regni
nostri, quam terrarum Brissie, totam
hanc causam, cum toto eius effectu dis:
cutere et dispicere curabimus, et nemini
partium favore vel gratia acclinati, De:
um pre oculis habentes, quidquid no:
bis cum dicto senatu nostro equum et
iustum videbitur, id diffinemus et deur:
nemus, nec commitemus ut ulterius
cum ea lite ubique trahi et vexari
debeat. Si vero testes aliquos inducere
adhuc volueritis in fulcrum et subs:
idium cause vestre, eos simul et mun:
nimenta quaeunque coram nobis pro
die sancte Agnetis predicto inducatis
et exhibeatis. Datum. 1524.

The text on this page is extremely faint and illegible, appearing as light greyish-blue ink bleed-through from the reverse side of the leaf. It consists of approximately 25 lines of text, likely in a historical or scientific context, but the specific words and sentences cannot be discerned.